luges saul. cum ego proiecerim eum ne regnet super israhel?
Imple cornu tuum oleo et ueni. et mittam te ad isai bet
leemitem. prouidi enim in filiis eius mihi regem. Et ait
samuhel. Quomodo uadam? Audiet enim saul.
et interficiet me. Et ait dns. Vitulum de armento tolle
in manu tua. et dices. ad immolandum dno ueni. Et
uocabis isai ad uictimam. et ego ostendam tibi quid
facias. et unges quem cumque monstrauero tibi. Fecit
ergo samuhel sicut locutus est ei dns. Venitque in bet
leem. et admirati sunt seniores ciuitatis occurrentes
ei. Dixeruntque. Pacificusne ingressus tuus? Et ait
Pacificus. ad immolandum dno ueni. Sanctificamini.
et uenite mecum ut immolem. Sanctificauit ergo isai et
filios eius. et uocauit eos ad sacrificium. Cumque in
gressi essent. uidit eliab. et ait. Num coram dno est
xps eius? Et dixit dns ad samuhel. Ne respicias uul
tum eius neque altitudinem staturae eius. quo abieci
eum. nec iuxta intuitum hominis iudico. homo
enim uidet ea que apparent. dns autem intuetur cor.
Et uocauit isai aminadab. et adduxit eum coram
samuhele. Qui dixit. Nec hunc elegit dns. Adduxit
aut isai samma. de quo ait. Etiam hunc non elegit
dns. Adduxit itaque isai septem filios suos coram sa
muhel. et ait samuhel ad isai. Non elegit dns ex istis.
Dixitque samuhel ad isai. Numquid iam completi sunt

Hambg UB.

Cod. 31 in scrin. Fragm. 25

Versoseite